



200
67
quod sacrificium quod pontificem pro peccato diximus obtulisse figuram xpi te-
nere possumus. & conueniens non uidebitur ut xpi qui peccatum nescit pro peccato
dicatur obtulisse sacrificium. Licet & per mysterium referatur & idem ipse pon-
tifex idem ponatur & hostia. Vide ergo si & ad haec possumus hoc modo occur-
rere. quia xpi quidem peccatum non fecit. peccatum tamen pro nobis factus est.
dum qui erat in forma di. in forma seruicū dignatur. dum qui immortalis est
moriatur & in passibilis patitur. & in uisibilis uideatur & quia nobis hominib;
uel morti uel reliqua omnes fragilitas in carne expectata conditione. super-
duca est. & iam ipse qui in similitudine hominum factus est & habitu reper-
tus ut homo est. sine dubio pro peccato quod ex nobis suscepit. quia pe-
ccata nostra portauit. Vitulum immaculatum hoc est carnem incontaminatam
obtulit hostiam dō. Sed quid faciemus deo quod insequentibus iungitur
ubi enim dicit si quidem pontifex qui unctus est peccauerit. ibi additur ut popu-
lum faceret & peccare offerre pro peccato suo. quomodo ergo conuenit quia per carnem
quam suscepit ex nobis ih̄s & ipse peccatum factus est peccare fecerit populum.
Nusculta & de hoc si forte cum aliqua consequentia possumus respondere. pas-
sio xpi credentibus quidem uitam. mortem uero non credentibus conferre. quā
uis enim salus generabitur sit per crucem eius & iustificatio. uident tamen interitur
est & condempnatio. Sicut scriptum est in euangelij. ecce hic natus est ad ruinam
& resurrectionem multorum. & hoc modo pro peccato suo hoc est per car-
nem in crucem actam in quam pro peccata suscepit. nos quidem credentes libe-
rauit a peccato. populum uero non credentem peccare fecit. quibus ad in cre-
dulitatem malum & iam sacrilegi accessit impietas. & hoc modo pontifex iste
pro suo peccato peccare populum fecit dum in carne positus & teneri
potuit & occidi. Nam ponamus uerbi gratia fidem maiestatis non uenisse & in
carne non arguissit & iudeos non eis fuisse & grauis & iam ad diuidendum. Non
uita que teneri potuissit & neque ad mortem tradi. Numquam sine dubio ue-
nissit & sanguis eius super ipsos & filios eorum. Sed qui uenit in carne & pro
nobis peccatum factus est & hec pax potuit. idcirco ipse dicitur peccare po-
pulum fecisse qui fecit eum in se posse peccare. Sed clude amur tam quida q̄t